RELATIONE SVCCINTA DELLA SOLENNE PROCESSIONE DI S. CARLO,

FATTA IN LISBONA DA Monſignor Veſcouo Accoromboni Collettore, l'Anno 1616.

Com todas as licenças neceſsarias.

EM LISBOA. Por Pedro Crasbeeck.
Anno M. DC. XVI.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

LICENÇAS.

POdeſe imprimir em Saõ Domingos. 15. de Agoſto de 616.

F. Diogo Ferreira.

POdeſe imprimir, aos 16. Agoſto de 1616.

Damião Viega.

DAõ licença ao ſupplicante Pedro Craſbeeck Impreſſor de liuros que poſſa imprimir a Relação da procißaõ, & feſtas de São Carlos Borromeo, viſta a que tem do Santo Officio, & do Ordinario, depois de impreſſa tornarà a eſta meza por ſe taixar, alias naõ correrà. Lisboa a 19. de Agoſto de 616.

Preto. *Machado.*

LICENÇAS.

POde ſe imprimir em Saõ Domingos, 15. de Agoſto de 616.

F. Diogo Ferreira.

POde ſe imprimir aos 16. Agoſto de 1616.

Damiaõ Viega.

DAõ licença ao ſupplicante Pedro Craſbeeck Impreſſor de liuros que poſſa imprimir a Relação da procisſaõ, & feſtas de São Carlos Borromeo, viſta a que tem do Santo Officio, & do Ordinario; depois de impreſſa tornará a eſta meza por ſe taixar, alias naõ correra. Liſboa a 19. de Agoſto de 616.

Preto. *Machado.*

ALL'ILL.^{MO} ET REV.^{MO}
PATRON COLENDISSIMO
Il Sig. Cardinal Borgheſe.

Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Patron Colendiſsimo.

MI vien dimandata da tante bande la relatione della Proceſsione, ch'io feci quà i giorni paſſati ad honor di S. Carlo Cardinal Boromeo, & di S. Franceſca noſtra Romana, che ſon forzato di permettere ſi dia alle ſtãpe. Et perche non cõuiene ch'eſca fuori ſotto nome d'altri, che di V.S.Ill.^{ma} mio Patrone ſingulariſs. & alla cui ſolicitudine, & pietà veramente Chriſtiana principalmente ſi deue l'hauer indotto N. S. ad arricchire queſto noſtro ſecolo cõ sì gran Theſoro della Canonizzatione de ſudetti Santi. Vengo coſi lontano (poiche di preſenza non poſſo come vorrei) á ſupplicarla con ogni maggiore affetto di oſſeruanza, & deuotione le piaccia di gradire cõ la ſolita ſua rara benignità, queſto picciol dono: Mentre, io qui per fine le faccio humiliſsima riuerenza, con pregarle dal Sig. Iddio ogni maggiore felicità. Di Lisbona l'vltimo di Luglio 1616.

Di V. S. Illuſt. & Reuerendiſs.

Humiliſsimo, & obligatiſsimo Seruitore
Ottauio Accoromboni Veſcouo di Foſſombrone.

AD SANCTISSIMVM, ET BEATISSIMVM Patrem Dominum noſtrum Paulum Quintum Pontificem Maximum Camillum olim Cardinalem Burgheſium.

CARMEN INSIGNIS POETAE LVSITANI.

Sancte Pater patriæ, quo ſtat Romana Camillo,
Gloria quo Diuum ſoſpite cura redit.
Te licet alta domus tulerit Burgheſia, Sennis
Orta; nec externis Barbara ducta plagis.
Et tibi Calliope numeros oracula Phœbus,
Subdideritque artes ſponte Minerua ſuas.
Aſtrææ quamuis arcana recluſeris orbi,
Et Chriſti, & veterum myſtica ſenſa Patrũ;
Nec ſubito optaris ferri ad ſublimia greſſu,
Quamuis ambiret te ſimul omnis honor.
Munera at arbitrio Romani Patris obiſti,
Vt fama impleres Solis vtramque domum.
Clarus ad Heſperias veniſti hinc Nuncius oras,
Regis vt Auguſti maxima regna bees.
Inde ruber ſacrum populo acclamante Galerus
Texit, & Auſoniæ fulua Thyara caput.
Mox ſolio Petri ante annos, non ante labores,
Orbis ſuſtentas, Hercule maior, onus.
Pace foues humiles, frangis Mauorte ſuperbos,
Aſt immota alto pectore iura manent.
Sed pia quantum adamant te regna Auguſta ſacer dos,
Tantum horret vero gens inimica Deo.
Senſit, & eſpanſis Virtutum exercitus alis,
Imperet, vt populis ad tua caſtra volat.
Gentem Romanam iuſſiſti, & ſurgere Romam:

Molibus

Molibus hæc operum, moribus illa nitet.
Ergo peracta tuis opibus ſtat machina Diui
Petri, incredibilis tempus in omne labor.
Te duce Roma prior ſeptem miracula ridet,
Quicquid & immenſum fama vetuſta refert.
Quæ tamen ara micat Mariæ Burgheſia templo,
Omnes Naturæ vincit, & artis opes.
Exuit hinc gremium Thetis ambicioſa: Voluptas
Supremum dextra diuite finxit opus:
Mulciber hinc varias diſcit formare figuras,
Pulchrius accipiat Solis, vt aula decus.
Pace mihi veſtra ſuperi fas mira referre.
Inuidet hanc terris regia celſa poli.
Magna quidem, & reliquum tetigi manſura per æuum,
Quæque ſuæ meritò ſeruet Apollo Lyræ.
Sed dum Franciſcam, & Carolũ Chriſti optimus hæres,
Ore in vota hominum Verbipotente ſacras.
Creuit honos longè maior tibi, gratia maior
Debetur, maius nil tua dextra dedit.
Italiæ fauet ecce Ceres, fauet ęmula Pallas,
Bacchus inexhauſto largior amne fluit,
Mille modis lethi tortum caput abdidit Orco
Morbus, & attonito ſub Phlegetonte latet;
Quid tibi Roma olim ſtruxiſſe altaria Phœbo,
Profuit? hæc miſeros certior ara iuuat.
Lyſiaca en ſenior Diuum, vrbe Octauius infert.
Auſonidum Præſul, cui pia feſta parat.
Noſtræ gentis amor, Romæ decus, auſpice iuris
Quo premit integritas ditia dona Tagi.
Qui tua, qui Caroli memoranda exẽpla ſecutus.
Ditem aram externa primus in Vrbe locat,

Ergo

Ergo tibi grates Diuorum in caſtra recepto
Protectore ſuo Lyſia læta refert.
Sæcla tibi Regis Pilij ter mille precatur,
Ter libat ſacros officioſa pedes.

AD ILLVSTRISSIMVM D. SCIPIONEM Cardinalem Burgheſium Sanctiſsimi Nepotem digniſsimum.

CARMEN EIVSDEM.

IMmenſum Diuus curis æqualibus Orbem
Cum Quarto Carolus rexerat antè Pio.
Ille fidem, vt populis reſerent oracla Tridenti,
Peruigil aſsiduo multa labore tulit.
Tu quoque magne Heros, Romanæ Scipio molis
Quinto cum Paulo ſuſcipis Orbis onus.
En Franciſca nouum ſurgit decus addita Diuis,
Quæ tuus irradiat notus vbique labor.
Diua potens, quæ mira dedit ſpecularia Romæ,
Queis pia Virginitas inſpiciturque Deus.
Cuius ad obſequium dimittitur Angelus alto,
Funera dum nati mater acerba dolet.
En Carolus numerum Diuorũ altaribus auget,
Quem paribus curis. muneribuſque refers.
Prouidus ille tuos, è cœlo diriget actus,
Aureola vt ſuperum te beet alma Trias.
Vt te Romano iubeat ſuccedere cœlo
Alcidem Paulus dum requieſcet Atlas.
Et poſt mille annos noua per miracula Diuum
Supplex ante aras te tua Roma colat.

RELA-